transfert et incorporat perpetuo per ipsam Nobilem Marchnam Derleczka et illius successores hocidem ius cessum praemissorum omnium cum universis beneficiis et praerogativis tenendi habendi possidendi summam praefatam tollendi levandi percipiendi de levata ac percepta quietandi ac pro ea si non fuerit soluta iure reagendi praemissaque omnia et singula tanquam sua propria ad suos suorumque successorum quorumvis beneplacitos usus libere et effective convertendi idque vigore praefati iuris originalis sibi regnanti ad praemissa servientis ea omnia latius in se complectentis et praesentis inscriptionis cessionariae et condescendendi. Nihilominus memoratus recognoscens Nobilis Stephanus Podlanski parenti eiusque cessionariis sue et ipsius posteris aut marito vel cuivis amico ipsius vel illius successoribus dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem cessionariam ex his Actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet recognoscentem transportata foret Ulacna praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Krzemienski Adducet consortem Zerleckiej

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Jacobus Krzemienski sanus mente et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac expresse recognovit. Quia ipse se suosque successores in et super bonis su-

13 gratiter

is generaliter omnibus ac summis pecuniarum habitis et habendis Nobili Marinae filiae Nobilis Alexandri Zerleczki consorti vero Nobilis Nicolai Zerleczki et ipsius successoribus inscribit et obligat Nobilem Anastasiam filiam olim Nobilis Nicolai Zerleczki consortem vero suam legitimam cum assistentia sui vel in casum mortis successores ipsius ad faciendum per ipsos de bonis paternis et maternis eandem consortem suam iure naturalis successionis legitime concernentibus abrenuntiationem ad Acta quaecunque authentica Regni ante decursum medii anni adducere et personaliter statuere ab eaque ut praemissa exequatur efficere. Adtentus autem statutionis eiusque consortis suae vel in eventu mortis successorum ipsius eandemque Nobilem Marinam Zerlecka eiusque posteros ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium ratione praemissorum omnium ex se persona et occasione ipsius consortis successorumque eius in omni Judicio et officio Regni exoriunda tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit tueri defendere et evincere intercedere ac liberare indemnemque cum posteris reddere se sub vadio Trecentorum florenorum pecuniae polonicae per praedictum recognoscentem Nobilem Jacobum Krzemienski aut eius successores praefatae Nobili Marinae Zerleczka et illius posteros ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendumque succumbendo. Nihilominus memoratus recognoscens Nobilis Jacobus Krzemienski suprascriptae Nobili Marinae Zerleczka parenti et ipsius successoribus vel marito aut cuivis amico ipsius vel successoribus ipsius dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque pote-

Statem inscriptionem praesentem ex his Actis Castren[sibus] authentice
depromptam ad Acta Terrestria Premislien[sia] quandocunque vo-
luerit transferend[i] et transportandi quo transportata tanti valebit
ac si per ipsum praesentem transportata foret. Pro quo quidem va-
dii modo praemisso ad solvendum succumbendum ac pro se aliqua prin-
cipali ex praemissis non completa complendisque praemissis citatus
existens praenominatus recognoscens Nobilis Jacobus
Kremienski aut eius successores ad instantiam suprascri-
ptae Nobilis Marinae Terleczka Nobilis Nicolai Terleczki
consortis legitimae et ipsius posterorum ad officium praesens
Castren[se] Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto
quoad [illegible] inscriptionique praesenti in toto satisfacien-
dum spectat mediante semper in primo citationis ter-
mino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere va-
dium praetactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iu-
dicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores
ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremp-
torium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari
admunimenta ad quietationem vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendum ad quietationem in-
tra proximos terminos officii praefati Castrensis Premislien[sis]
dilationem ultimum recipiendo nullasque motiones appella-
tiones ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omni-
a poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus

fatalibus

fatalibus iuris praescriptione terrestri bello conventioneque et aliis
omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua
praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Idem Eidem Consortem Adducet

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren-
sibus Capitaneal[ibus] Premislien[sibus] Nobilis Jacobus Kremien-
ski sanus mente et corpore existens a iure suis districti-
bus iuribus bonisque suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo Huic autem iuri officioni Castrensi Premislien[si]
quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
subiiciendo palam libere publiceque ac expressum recognovit.
Quia ipse se suosque successores in et super bonis suis ge-
neraliter omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis
Nobili Marinae filiae Nobilis Alexandri Terlecki consorti
vero Nobilis Nicolai Terleczki legitimae et ipsius suc-
cessoribus inscribit et obligat praesentibus Nobilem Anastasi-
am filiam olim Nobilis Nicolai Sawczycz Terleczki consortem
vero suam legitimam cum assistentia duorum amicorum de linea
paterna proximiorum vel in eventu mortis successores ipsius
ad consentiendum pereamque super inscriptionem donatoriam per eam-
dem recognoscentem consortem in bonis certarum sortium in vil-
la Terlo consistentibus per se recognoscentem eidem Nobili
Marinae Terleczka modo donatorio coram actis praesenti-
bus Castren[sibus] Premislien[sibus] inscriptam de omni et integro
iure ipsius reformatorio et advitalicio ac aliis quovis modo